



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De spe[ci]b[us] iusticie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De spēbus iusticie Fo. xxxviii.

Ex magis necessario et minus supfluo. hec omnia fuerunt in beatissima virgine in summo. Charitas ex qua opera misericordie fecit omnes creaturas excellit. ut infra patebit. maxime indigenti tribuit. quod nemo inter viatores pauperior Jesu christo fuit. dignissimo pauperi tribuit quod nemo dignior mendicus quam medicus deus fuit. Magnū enim esset opus misericordie quod fieret pauperi layco. maius quod fieret pauperi clerico. maius quod fieret religioso. adhuc maius quod fieret pauperi episcopo. sed summū quod fieret mendico papa. ergo improporcionabiliter summū opus misericordie fuit quod fiebat deo medico et pauperimo. Magnū etiā effectū misericordie nobis impendit. quod nobis miseris et captiuis et mendicis deum filiū suū ipsum dedit captiuis in precibus famelicis in viaticū. laborantibus in premiū. infirmis in medicamentum. et cū ipso nobis dedit regnū celorum et omne bonū. qui etiā pro proprio filio suo non peperit. quomodo cū illo nobis omnia non donauit. Item beatissima virgo de nullo sibi supfluo sed omnino necessario opus misericordie fecit filio suo pauperimo et peregrino. de propriis suis purissimis carnibus et sanguinibus tunicā polimitam fecit. in utero sui gremio hospitauit. de proprio suo corpore cibauit et lactauit. Sic ergo per beatissimā virginem iusticiā quae ad partes et effectus suos habuit in summo

Post hoc videndū est de spēbus iusticie. quae sunt latría. dulcia. obedientia. qualiter et he fuerunt in beatissima virgine. Et primo de latría. Est enim latría soli deo debitus et exhibitus honor. Et intendit honor iste per tria. Primum est dignitas persone exhibentis respectu omnium viatorum. Secundū est minus debitū exhibitōis. Tercium est excellentia in parte seruitutis. Dignitas persone exhibentis respectu omnium viatorum in summo fuit in beatissima virgine. Ipsa enim mater dei. alij omnes serui. et improporcionabiliter magis est esse matrē dei quam esse seruū dei. Igitur improporcionabiliter maior est latría matris dei quam seruorum dei. Item minus debitū exhibitōis fuit in beatissima virgine respectu aliorum sanctorum quāto enim quis plus est inferior tāto maius tenet ex debito necessitatis ad seruitiū. sed beatissima virgo fuit suprema omnium sanctorum. ergo exhibitio seruitutis eius fuit ex minimo debito necessitatis. et ex maximo debito charitatis. Igitur iterū quātū ad hoc fuit opus et effectus latría in summo. Item impēsa seruitus latría consistit in tribus. in actu cordis. quae est cognitio et dilectio. in actu oris. quae est laus et oratio. in actu operis. ut genuflexio et adoratio. imolatio. et huiusmodi. Quia hec in beatissima virgine fuerunt in summo. in virtutibus enim interioribus omnem creaturam excellit. ut infra patebit. hinc autem angeli virtutes inamissibiles. sed non meritorias primū subalis. hinc virtutes et homines. et homines virtutes meritorias. sed amissibiles. habuit autem beatissima virgo virtutes inamissibiles cum angelis et meritorias cum hominibus. et ita vtriusque excellentius. et ita habuit excellentissimas latría in actu cordis.

Latría
Rō prima.
Honor intē
dit p̄ tria.

Dignitas

Angeli hñt. &
hñt. tutes et hoies.